

expensis maxime primæ antiquitatis documentis, *Romano Pontifici* specialis quædam prærogativa competit. **

* Stabilivit Jesus Christus in sua Ecclesia *sacrum Imperium*, a politico independens, in suo ordine summum, non credentium cœtui, sed Apostolis immediate commissum, atque ab his in successores Episcopos derivatum, qui potestatem plenam ac prorsus æqualem a DEO habent ad diœceses quidem quoad exercitium vulgo restrictam, quo tamen non obstante universali ecclesiæ præesse recte dicuntur.

** Præter communem Apostolatus dignitatem, exigente id *bono Unitatis*, Petro speciale quid a Christo conceditur, ut non *honore* tantum, sed et *iurisdictione* supra ceteros Apostolos emineret. Primatum hunc ad Romanos Episcopos transire ex facto Petri, ex unanimi totius ecclesiæ sensu, et primorum Romæ Pontificum gestis colligimus.

LV. Ut autem sententiæ huius sacri iudicii ab omni errore liberæ sint, atque hæc errandi absentia a reliquis Christianis certissime intelligatur; iudicium hisce caracteribus insignitum esse debet: a) Examen et iudicium Auctoritate Romani Pontificis sit institutum. b) Sententiæ maioris numeri Episcoporum concordent. c) Suffragium Romani Pontificis accedat. d) Servata sit forma iudicii,

C 5

i. e.